

ԻՃԼԼԻՍԻՆԵՄ, Norem menses, sive norem mensium spati-
um. Sic Gregorius Marick: ait: Norem mensium tempo-
re sicuti Puer natus est Deus, et Homo perfectus; et paulo
post nutritus est Lacte ut Homo, et ab Angelis glorifi-
catus ut Deus.

ԻՄԼԻԿԱՅԵԱՅ: Est tempus praeteritum modi
infinitivi, quod tam activam, quam passivam significationem
exhibet, componitur autem specialiter in passiva voce
auxilio verbi Substantivi ԷՄԻ Sum, quod tamen plerumque
in compositione non exprimitur, sed tacite subintelligitur, ut in
e.g. in hoc verbo ԻՄԼԻԿԱՅԵԱՅ Retentum fuisse videre est.

ԵՄԻՂԱՏՄԻ: Est casus comorativus, qui regitur
a supradictore verbo ԻՄԼԻԿԱՅԵԱՅ retinere. Sic e.g. retentum
fuisse in utero. verba itaque comorativum exigentia
sunt ea, quae actionem, moram, vel quietem in loco significant.